Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Monacum Vrbs superioris germanie / ad Ripam Isare fluminis sita / Inter vrbes prin
cipum in germania preclarissima / In bawaria nominatissima. Etsi inter nouas esse cen
seatur / Nobilibus tamen edificiis / tum publicis / tum priuatis ceteras ciuitates antecellit: habet enim edes
pulcherrimas / plateas amplas basilicas ornatissimas. Et quamquam temporibus Ottonis primi Impe
ratoris conditionis sue initium sumpsit / A ludowico tamen quarto ac prescripto Imperatore ampliata et
edificiis ornata fuit / Otto primus cum in germania Imperium Anno domini .962. assumpsit: In baioa
ria partem regionis henricus brunsuicensis materna hereditate possedit / Et in arce Vering
dominium habuit: Quo tempore publicus transitus super ysaram in eo loco extitit. Is dux henricus
pontem vltra flumen prope Curiam monachorum fieri fecit. In eo loco vbi nunc vrbs Monacum si
ta est. Comunemque iter inibi fieri ordinauit cum oppidulo paruo. Super ea re Antistes Albertus
frisingensis querelas apud Ottonem Cesarem mouit. Cum in suis theoloniis et immunitatibus
dampnum sentiret. Imperator antiquam consuetudinem itineris obseruandam prope Vering mandauit /
Interea obiit dictus henricus / Relinquens filium Crescencium nomine: Pauloque post Vxor ottonis od
yena filia Regis Anglie mortua fuit. Inde Otto relictam heinrici ducis bawarie dominam Adelheidim
accepit vxorem / Cuius filius Crescencius (ob egregia facinora apud exteros in pleribusque locis gesta) Ottoni
gratissimus euasit: Petiitque Imperatorem obnixe. vt ex oppido vrbem cum publica via facere
posset / Qui post varios tractatus consensit ea condicione / vt quotannis [illegible] ad frisingam
persolueret: Ea forma hec vrbs initium cum regiis priuilegiis ac immunitatibus ortum habuit / Cum
vtique hec vrbs per Crescencium initium sumpsit in dies augmentum in populo ac structuris sensit
Vsque ad tempus salutis christi / septuagesimum ducentesimum super millesimum. Dum Conradus episcopus fris
ingensis ecclesie prefuit. diuisa in duas parrochias fuit. Cum prius sub vna basilica sancti petri exti
tit prouisa / Qui basilicam alteram beate virginis marie comunitati adiunxit. Tandem
temporibus Ludouici quarti ducis bawarie ac Romanorum Imperatoris / Incrementum ingens
habuit / Qui per muros / suburbium et alia edificia / pleraque addidit Et arcem antiquam cum
monasterio fratrum minorum ordinis diui francisci Et Cenobium heremitarum sancti Augustini in vrbe
extruxit. Et post obitum In ecclesia diue virginis marie ante summum altare sepultus fuit / Vbi corona
Imperialis cum suo epitaphio cernitur. Condita est igitur vrbs Monacum in loco ameno prope
ripas ysare / Vbi transitus nonnunquam negociatorum ex ytalia ad germaniam frequentatur: Habetque

München